GALARANDUS DE VARANIS. CARMEN DE DECERTATIONE FIDEI ET HERESIS



1505

PIERSO



Decertatio fi dei et heresis

+

Breue huius libelli argumentum
Incipit

In fidem catholicā cōiurant inferi omnes: pri
ceps de fide euertēda init cōsiliū: facinus at
tentat heresis Uerū rem frustra susceptā
cū videt: furias accersit comites quarū
subsidio freta miserū quēdā iuue
nem ad se allicit. Deinceps iacta
būda secus sorbone parisieñ
domū supbe fidē aggredit̄
Multa vltro citroqꝫ dis
serunt̄ Demū supata
heresis ad īferos ppe
tuo relegat̄ exilio
Nouissime autē
habitis gratiis
ad penitētiā z
supū cōcisi
andū fauo
rē fides: ad
hortat̄
oīs

+



¶ Ualarandus de varanis Colendissimo dño suo Domino Frãcisco de meleun ecclesie sancti audomari preposito cum omni veneratione Salutem.

Carmen vtcunqȝ per ociũ editum colendissime pater His diebus nobis excidit. Cui extrema cum imposita esset manus: visus sũ operepreciũ facturus si super carminis qualitate bonam doctorum consulerem peritiam Quandoquidem non michi persuasissima deest fides: quanta sint propẽsione ꝙ plurimi vt aliena studia seueriori lima examinent vel potius falso criminentur At vo inuidie fauces satis obstructum iri arbitratus sum: si nichil omnino emoliar quod iustum ⁊ fidele non probauerit examẽ Ex his omnibus ⁊ iisdem ꝙ doctissimis quorum efflagitaui censurã nullum quippe offendi (quod citra iactantiam dictum uelim) qui carminis non commendaret inuentionem ⁊ compositioni non nichil tribueret. Hoc vnum addidere aliqui se aliquantisper vereri: ne scelestissima ꝑditissimi heresiarche promulgata nequicies q̇cꝙ dedecoris parisiis aliquando sit allatura Nequaꝙ tamen ab operis exhibitione eãobrẽ oportere deterreri Sanctissima siquidem antiquoꝝ scripta passim heresibus referta constant: non quas tutentur aut foueant Sed execrentur et eliminent penitus Quod si recentiores citemus/ Baptista mantuanus nostri eui singulare decus ⁊ specimen gloriatur: ⁊ sancte quidem cum georgio quodaȝ heretico bononie disputasse Carmen igitur tibi nũcupatũ benignius admitte Et publicũ (vt ait papinius) tuis accipiat auspiciis Te ei potissimũ moitore q̄ sũma fuit beniuolẽtia hũc desũpsi laborem: Eapropter in eo ip̄o michi abunde satisfactum esse existimabo: si illud qualecunqȝ est studiũ meum aliquid putare digneris Quippe auctore Tullio i philippicis Quã ꝙ tanta nõ potest referri gratia ꝙta debetur: habenda tamen est ꝙtã maximam capere potest animus/ Quod ego quoqȝ plenissime facturum fideliter recipio ¶ Uale honorandissime dñe Ex parisiis Anno Millesimo quinquagesimo quinto.

¶ De decertatione fidei et heresis;

Carmen

Heresis infāde pugnas:palmāq; viri ilē
Catholice fidei /conscia musa doce.
Quis furor hunc grandem potuit suadere reatū
Conseruit audacem belua torua manum.
Forte subicarie sinuosas virginis edes
Aureus igniuomos phebus agebat equos


Eumenidū surgens in christi numina liuor
Tenarias mixto suscitat igne faces.
Nox phlegetōteas cyllenia virga phalāges
Euocat ad nigri tecta profunda iouis:
Ultrices venere dee:venere prophana
Agmina:que stigio nox premit alta lacu.
Cerberus infectis obuinctus colla cathenis
Faucibus expletis.hic aconita vomit.
Atria complentur / que non effabilis horror
Miscet:et insanis rictibus aura fremit.
Uix acheronteam ceperunt limina gentem;
Limina terrifico non habitanda situ.

Tenebrarū priceps omnes inferos acciri iubet

Conueniūt omnes inferi

Confusis reboant icte latratibus vmbre.

Impete vix tanto fulmina biulca ruūt.

Tunc adamanteis districtus brachia vinclis

Dux herebi multo turbine membra quatit.

Aduertant iubet: indicitq; silentia cunctis.

Ora mouens late concutiensq; pedes:

Ignea sub torua scintillāt lumina fronte.

Horrent et vultus stantq; rigentq; come:

Postubi vesane ponuntur murmura gentis.

Talia flammato pectore verba refert:

Pˀceps demoniorum loquitur

O comites. o gens penis addicta tremendis

Iussimus huc vestros accelerare gradus

Postq̄ (nostis enī) patris omnipotētis ob iras,

Corruit e superis nostra caterna thronis

Versa sub vmbrarum pallenti carcere vita

Languit assiduis sollicitata malis

Nos modo perpetue voluunt incendia flamme

Et modo sulfureis precipitamur aquis

Pendimus heu longas vno pro crimine penas

Penas non satisfacere dolet

Nec spes vlla tamen prosperiora fouet

Non labor inflictus conceptam mitigat iram

Flectuntur nulla numina dura prece.

Sed quid opus facto est/cōcordi federe noster

Vindicibus dextris surgat in arma furor.

Infernas acies dirasqȝ.ciebo sorores

Funditus et superas depopulabor opes.

Ethera suffundam tenebris:et turbine vasto

Aerea miscebo/concutiamqȝ polos.

Non michi deiecterorpēt in corpore vires:

Si sua phebeū sustrahat ora caput.

Pandite quisqȝ sue que sit sententia mētis:

Et quibus auguriis.bella gerenda putet

Cū veneris proles incurvos ꝑtulit arcus.

Et sua que multo tela cruore rubent

Claraqȝ de cunctis insignia predicat oris

Atqȝ triumphatos gestit habere deos.

Turpis adulterii fedeqȝ libidinis expers

Non est rus non vrbs/non religata domus.

Mercurius fraudes aperit/figmentaqȝ rerum

Congerat vt multas sudor anhelus opes.

Ultionem i humanos ꝑ penis sua det

Graues cū mulat mias

Singulos scicitatur

vide lactan tiū sup victoria cupidinis de diis

Mercurius

Non tellus satis est/nō anceps ponthus auaro:
Impius a diris manibus era petit
Innumeras clades mauors quibꝫ ibuit orbē
Iactat: et excitos in fera bella duces.
Euersas vrbes: enecta qꝫ matris in aluo
Pignora: et infestis templa cremata rogis.
Hinc machomet⁹ adest spumis taboqꝫ cruētus
Ingemit et morbi signa caduca sui
Circumstant pingues epicuri de grege porci:
Et sequitur fedum turba suilla ducem
Illi cura boum quondā fuit atqꝫ amor idem
Nūc manet: elatis edidit ista modis
Getulas moderor sedes et torrida gentis
Arua canopee niliacosqꝫ sinus
Parent et solimi nobis et agenoris vrbes
Et que ripheo terra sub axe iacet
Assirias vrbes nabatheaqꝫ regna subegi
Inqꝫ dies nostrum surgit ad astra decus
Pars terre melior nostris se deuouet aris
Callidus ad legem iuraqꝫ danda sui

Mars:

Machometus Morbo laborabat caduco.

Mercator boum quōdam fuit

Quibus imperat machor

vide quas tulit ipse leges.

Hortorum squalliculum lautis opplere ferinis
Et veto ciprᵉiace gaudia nulla dee
Felices appello animas que mollibus herent
Illecebris: et que vota supina fouent
Ignorare deum peccata latētia iuro
Esseqꝫ fas quicquid ventris orexis amat
Si quisq̄ versutus erit diuinitus ortum
Mētior ingenium vel populare voco
Sic alios omnes narrandi cura fatigat
Nequicias. et que crimina mundus habet:
Has reprimit voces furibūdus rector auerni:
Cepit et excussa talia fronte loqui
Magna quidē sunt hec/et magnis vsibus olim
Vestra fuit sollers cura laborqꝫ vigil.
At vero studiis longe maioribus vti
Expedit: est aliud quod monuisse velim
Stupra doli/rixe/cedes aconita rapine
Vndiqꝫ per mundi climata/crebra ruunt
Sed demissa polo diuum clementia maior
Omnia purifico crimina rore lauat.

Dēm spurciciā admittit

Fraudulētos vocat ingeniosos ꝛ prudentes

Rursus loq̄tur princeps inferorum.

Sufficit vna fides vt queuis noxa pietur
Quicquid oberretur sufficit vna fides
Delicti modo peniteat merentia corda
Protenus infensos deserit ira deos.

Fide cōta-
minare cupit

Nil satius credā fidei ꝙ marte potenti
Oppugnare faces / irradiansqꝫ iubar
Nulla quidē nobis c e d et victoria: don ec
Christifere perstet relligionis honor.
Ergo opere ꝑcluꝫ nos plenius arbitror esse
Facturos: sic res cautius ire queat;
In somnis tractet tā sanctū cura laborem
Nrā v el in ventos irrita vota fluent.

Heresis rem
obeundā su
scipit;

Tū mox e medio se sustulit agmīe ficta
Heresis: et tales edidit ore sonos.
Mollar hoc facinus si sic sententia constet
Et videar tanti muneris esse potens.

Parisi⁹ oli
dicta est lu
tecia

Floret apud gallas vrbs illustrissima sedes
Ex vn dante luto nomina prisca tulit.
Hanc bifido preceps percurrit sequana fluxu
Et mō parisiū secula tracta vocant.

Illic crediderim pleno sua munera cornu
Congessisse deos: et cumulasse bonis
Non pandora deest: omni que dote beatos
Efficit indigenas parisiensis agri.
Dona tridentiferi late fert nauita patris:
Dant et squammigeros stagna refusa greges
Ductilibus venis deriuant pocula nimphe:
Et rapidus gratas sequana voluit aquas
Flauescit pinguis cereali cāpus arista
Ut libicū credas vincere fruge solum
Turgida pampineis pendet de collibus vua
Et certat latie vinea franca plage
Vere nouo albentes incedit flora per hortos
Puniceis redolent sparsa vireta rosis
Si princeps apris / si tendat retia ceruis
Educat indomitas plurima silua feras.
Palladios latices septeno fonte iuuentus
Imbibit: et mediis proluit ora vadis
Quas solon leges dedit / et que iura licurgus:
Regia supreme curia sedis habet

Describit laudes parisienses.

Omni genere bonorum abundant:

Septem artes liberales docentur et omnes bone discipline.

Attica (si doctos queras) achademia cedet?
Aonias possis hic reperire deas:
Ipsaqz doctores numerosos legis iesu
Uberiore suo continet ampla sinu
Si tam preclara quis pulluletterror in vrbe
Pars fidei tanto vulnere lesa ruet
Hic ego quid vires: et quid mea dextera possit
Experiar. capiti nam nocuisse iuuat

Studii pa risi efi fidez illustrat

Si caput est (sed enī caput est) hec christicolarū
De fore spem reliquis hac titubante neges.

Heresis pa risium venit.

Ut primum data discessus est copia: sese
Ad superos effert parisiosqz petit:
Et longum spaciata moram circūuolat vrbem
Nesciat vbi primum tendere castra velit.
Bissenas egisse hyemes ex ordine dicunt
Parisiis: fraudes nectere sepe ratam.
Haud profecturam ceperunt tedia mentis
Cum videt in casses nil cecidisse suos.

Inferos repetit heresis

In stigie demum recipit se lustra paludis
Reddit et infenso nuncia mesta duci

Attoniti fremuere omnes. multuq; repente
  Corda dolor subiit. membra stupore rigent.
Tenarie frendent concussis dentibus vmbre
  Teter vbi fedo sordet odore lacus
Thesiphone virgam quatiens et dura flagella Thesiphone loquitur.
  Indignata fremit talibus orsa modis
Per stigios testor latices/herebiq; potentem
  Iuro manum: surgam/congrediarq; ferox.
Incutiam lites violato federe pacis:
  Dissidii in vulgus semina multa feram
Et quam concordi legem venerantur honore
  Europe populi: rumpere gestit amor:
Ibo latebrosas per auerni concita valles: Furias inducens poculũ componere pergit
  Ferales herbas/atq; venena legam.
Et limphata meo miscebo pocula more:
  Que mentem obturbant Eumenidasq; cient.
Dixit: et in verbo torquens vestigia in agros
  Tenarios/secum cymbia lata gerit
Colligit obscenos studiosa indagine flores
  Exprimit vnde nocens toxica dira manus.

Cocitus — Cociti tristes adit hinc pernicior vndas

Et sua luctifico flumine vasa replet

Harpyie immiscent sedi contagia ventris

Harpyie: — Necnon et dire quas habet amnis aues

Phlegeton. — Mox iter ad rapidas tendit phlegẽtõtꝫ barẽas:

Haurit et ignitos vrna recurua lacus.

Acheron furiarũ pater: — Deide acherõtis aquas patrios festina penates

Aggreditur: latices pocula feda bibunt

Postremo stygis accedit iurata fluenta

Styx iuramento sacra inferis — Hydraqꝫ virus atrox atqꝫ chimera dedit.

Omnibus expletis humentes ditis ad vmbras

Pergit ouans tabem composuisse suam:

Migratura comas nectit serpentibꝫ atris

Furiã comitaẽ heresis. — Et pariles confert heresis ipsa gradus:

Scrupea cumanis spelunca dehiscit in agris

Per auernũ cãpanie lacum ad supos euolant — Qua petit ethereas infera turba domos

Hinc furia exurgens stridentibus euolat alis

Et ferit altisonus rura propinqua fragor

Parisii tunc infelix (cui nomen emundo)

Degebat iuuenis natus ad exitium.

Sed tamen (vt plene res innotescere possit)
Sub breuibus mores iam memorabo viri:
Differ musa viã / paulisper carbasa tolle
Stet tua sub tuto littore fixa ratis.
Heresis autorem terna trieteride noui
Antevenenato. q̃ spuit ore deum.
Omnib⁹ acceptos satagebat querere mores
Viderat z vite non tria lustra sue.
Harmonie gnarus grato modulamine letos
Personuit cantus / dulcisonumq3 melos.
Tum moratus erat supra q̃ credere possis
Mitis / z innocuas visus habere manus.
Flos tener etatis senio spondebat honores
Sed rata deludit spes aliquando viros.
Sepe ferox pullus spumantia flumina tentat
Argutum caput est z pede sulcat humum.
Quippe ad matris op⁹ formatum iure putares
Sed cum frena dabis torpet z alget iners.
Florida vere nouo diffundit viris odores
Sepe tamen prelis vina terenda negat.

Heretici mores z ingenium dum adolescēs eēt

Nō semper primis cōtre spondēt vltima.

Sed mora nos diuturna tenet iã classe refixa

Remigibus dextris continuemus iter.

Postubi sollicita furiarum maxima mente

Omnia parisie compita gentis adit.

De re susce pta pximo de sperat furia

Multa putans animo nostris nõ artibus (inquit)

Congruit iste locus: res operosa mea est

Tam solida subnixa manu vix viribus vllis

Relligio quatitur: vix titubare potest.

Huc ne tenebrosis baratri de sedibus adsum?

Imposite frugem non habitura rei

Non leue commissum/non ipsa frequẽtia plebis

Crimina: sed fidei saucia membra placẽt.

In se/pene furit furie dea: quãdo negari

Vota sibi credit. vellicat vngue comas:

Vellicat vngue comas: et verbere pectora tũdit.

Deuouet et ditem propositam qз viam

Heretici te= cta ingredi= tur

Sed tandem tua non felici sidere tecta

Impie emunde subit perniciosa lues:

Egro quem similẽ thalami in penetralibus atris

Repperit: occiduos sole petente lares

Fixus humi vultum fronti subiecerat ambo
Brachia: merentem testificata virum.
Succedit tectis: et tali voce profatur
Comtemptrix veri seditiosa dei
Quo sis ingenio longis experta diebus
Novi aequa mentis dexteritate vales:
Non es cui placeant rerum figmenta novarum
Friuola fastidis nec simulata probas.
Plurimus est mentis tibi captus ad oia sollers
Altaq3 perspicuo lumine sensa vides:
Multorum similis non es/ qui errore tenaci
Plurima concredunt ridiculosa fidē.
Sic delusa hominū bona pars a tramite recto
Deuiat, atq3 alte syrtis in antra ruit.
Egregium vero facinus factura videtur
Si queat hāc pestē tollere dextra viri.
Quod tamen in promptu ē si qsq3 fortibus ausis
Prodeat: et christi dogmata falsa probet.
Non opus insidiis sed aperto surgere marte
Prestat/ et in neq3 bella ciere fidem.

Ipsū allo quitur

Modū m aperit patran di sceleris.

A paucis ānis idem facinus attentauit quidā

Non hec prima tue sunt credita munera dextre:

Hic similis nuper (me duce) turba fuit.

Vulgus ei magnā marie procurrit in edem:

Quando sacramenti festa nephanda colit.

Ocius e nostris illuc fautoribus vnum

Mittimus: iniunctū qui bene tractet opus

Templum forte subit dum tollitur hostia sursū

Cui substare putat gens miseranda deum.

Apprensam digitis in frusta minuta resoluit:

Conterit ꝯpresso mistica vana pede.

O dignum vere pugilem celestia demum

Limina cui pateant/ astriferiqꝫ throni.

Crastina lux multos ad regia tecta vocabit:

Votaqꝫ fusuri sacra sacella petent.

Festam diē beati ludouici instare indicat.

Nam statuit ceras/ ⁊ odore munus acerre

Turba frequens aris o ludouice tuis

Instruit de scelere

Cum poteris coram prodire virilibus armis

Rebus vt in magnis mens generosa iubet.

Dum sua consueto celebrabunt orgia ritu

Irrue nil veritus/ dissimulaqꝫ metum.

Nec leue supplicium (si forte parabitur) vnq̄ — Suasiones accumulat

Terreat: est forti res obeunda viro.
Te super ethereas fama indelebilis arces
Efferet. et nulla laus moritura die.
Dixit: at ille miser monitis crudelibus aures
Porrigit: ꝛ iussum spondet inire scelus.
Protenus assumpto parat ire cubilia vino
Cui sua clam miscet pocula dira nocens — Poculuꝫ furiosum epotat
Talia cumprimum delibat toxica / seuit
Atq3 odii magnam suscitat ira facem.
Abnegat ꝛ christi legem ꝛ baptismatis vndas:
Et piget insontes tam tenuisse manus.
Desipit infelix: ꝛ tota nocte futuram
(Surgat vt in superos) spectat adesse diem.
Hec meditans vmbre vigiles absūpserat horas:
Dum reserat celi stella diurna fores.
Impiger e molli subducit corpora strato:
Et sua desumpto tegmine membra tegit
Sed vite pleriq3 sue meminisse parumper — Cepti facinoris timoꝛ incutitur
Coniiciunt: prima sol vbi luce micat.

Nam mortis concussa iugo natura pavebat
Que sibi dissuasit sedula tale nephas
Et propeventuros pro noxa criminis ignes
Admonet. hinc anceps ambiguuſqꝫ labat.
Atvero imbibiti vis urget tanta veneni:
Ut tenebris mentem non religare queat.

Non timere hortatur furia.

Hortatur furie vox improba corde timorem
Ponere: delectos gloria nulla manet.
Forsã (ait) multos vite melioris apertum
Ipse docebis iter: lucis ꝛ autor eris.
Unde quod ꝛ clari te nominis aura sequetur:
Et referent fortem secla futura virum.
Talibus irritat furibunda acherontia proles:
Cedit pulsa fides / excutiturqꝫ timor.
His ita conclusis novam solvergit in horam:
Turba palatinas it numerosa domos.

Hereticꝰ palatium petit

Exit atrox christi (furiis comitantibus) hostis:
Et medium sese proripit in populum:
Innocuam mentitus ouem lucentia templa
Ingreditur / doctus dissimulare dolum.

Flectit vtrunq; genu posito velamine frontem
Exuit. et fraudis dixeris esse nihil.
Ventum erat ad partem qua celica turma repēte
Labitur etbereis ad sacra verba plagis:
Deuotam simulat mentem celestibus aris
Moribus haud dispar o crocodile tuis.
Ardentem de more capit fera belua tedam
Pone sacerdotem quam tenuisse ferunt.
Post archana sacri misteria: panditur omni
Hostia vera choro: cernua vota sonant:
Inuolat in christi sanctum & venerabile corpus.
Et lacerat feda celica dona manu.
Cōprimit angelicum monstrū execrabile panē
Quem iacit ad spurcos bile fremente pedes.
O scelus o nulla crimen delebile pena.
O q̄tum terris exiciale venis
Scilicet autori rerum damnabile plasma
Dedecus hoc infers (et capitale malum).
Bos dominum nouit fenoq; refouit asellus:
Et miser ignoras omnipotentis opus.

Deuotione; simulat.

Crocodili similis erat.

Hostiam detrahit e manibus sacerdotis.

Esaie. i.

Cur non recta sapis/cur inficiaris inique
Uisibili specie posse latere deum:
Que tormenta tibi que digna flagella rependet
Persephone/que te congrua pena manet
Gaudeat ixion posthac religatus abibit
Ixionis penas sustinebit hereticus
Pendebisqz citis post tua fata rotis:
Tantalus.
Insatianda fames astantia fercula queret
Uicinas sitiens non habiturus aquas.
Titius
Cedet auis titii de pectore sepe renato
Ut tua perpetuis morsibus exta voret.
Quod mortis genus horrendũ tibi iura dabũt:
Digna perilleo sunt tua membra boue.
Digna vel hippoliti lacerari in frusta quadrigis
Bos perilleus
Leonibus & feris exponi dign⁹ est.
Uel tua getulus devoret ora leo.
Que via diuorum tibi conciliabit amorez
Quin stiga traductus naue charontis eas:
Quid patrie titulos/gentem/charosqz parẽtes:
Et nostros pergis commaculare dies.
Cum sic indoluit bona pars perculsa tremore
Ut neqz vis animo sermo nec ore sterit.

Elapsum fuga vana gradus demisit ad imos
Longius occurrens turba negauit iter.
Plurimus iniecit captiuo vincla satelles
Vt sceleris penas heresis ipsa luat.
Ducitur ad faciles (si que sit) carceris vmbras:
Noscat vt errores: et resipiscat homo.
Inde scelus preses decernit morte piandum:
Et miser infaustos terminet igne dies.
Turpiter in lucem reserata ergastula ponunt
Funibus obuinctum/brachia/colla/pedes:
Et vehitur plebis grandi spectante corona:
Demum pollutos sistitur ante gradus.
Illic nequicie penas concisa pependit
Dextera/tartareos digna subire focos.
Mortis ad indictas sedes educitur vrbe:
Nec desunt culpe qui meminisse docent.
At surdo cecinere omnes: sic demonis astu
Luditur: infandum mens neq3 luget opus.
Vincitur ferro/structa est vbi lignea moles:
Membra nec induros destituere sinus.

Cum parte hostie ad gradus palatii aufugit

In carcerem ducitur vbi cum eo vt sceleris peniteat mitius agitur.
Igni adiudicatur.

Manus iuxta pedem graduum abscinditur.

Salutis sue monetur.

Stramina suscipiunt incussum flatibus ignem:

Obsidet ardentem torrida flāma piram.

Comburit viuus

Uritur infelix/ardet coma/barba crematur:

Uiscera flamma coquit/contrahit ora calor:

Pingula decurrunt/caput excutit/ꝛ fremit art⁹

Mugit/ꝛ horrendus stridor in igne crepat

Pertinax mali morit

At medios interpositus vir reprobus ignes

Immemor est culpe:sic mala dira trahit:

Per cineres tandem resolutum corpus i auras

Euolat ꝛ stigiis mens sepelitur aquis.

¶ Secundus liber.

HEc vbi parisiis infausta sorte geruntur

Omnia terrificus compita meror habet

Ad superos clamant omnes ꝛ vota profundunt

Nam diuina pia sistitur ira prece.

Heresis exultans elataqꝫ paupere lucro

Intumet et galli circuit arua soli:

Qualis in etholiis victor leo promicat agris

Clarus vbi spoliis in sua lustra redit:

Sorbonicos meat ante lares vbi regia sancte
Est fidei: qua non dignior vlla domus.
Spes et eros gemine resident hac ede sorores:
Egregie charites hec quoqȝ tecta colunt
Assidet illustris doctorum turba virorum.
Qui grauiter cladem tanta qȝ damna ferunt
Atria circunstant ꝛ sacre pistios egras
Demulcent curas: cordoliumqȝ leuāt.
Belua. torua/minax/fidei truculentior hostis
Mouit in insontem talia verba deam.
Quid meres: illata tibi sunt vulnera tanti:
Durius hinc vires experiere meas.
Spero equidem facili succumbas victa duello
Ingemis/ꝛ partuo strata dolore iaces.
Sepe tuos effers titulos: ꝛ nomina celo:
Et tibi de superis fingitur esse genus.
Si demens obstare meis congressibus audes:
Congrua sub certa pignora lege dabo.
Mutua constitues: equo sub iudice stabit
Arbitrium: victrix premia digna ferat.

Sorbone domum incolit fides

Heresis fidem aggreditur

Arroganter arguit

Quid ficta grauitate siles? consurgat in arms
Quilibet ex famulis: si nihil artis habes.
Talibus infensum probris vix temperat agmē
A lachrimis: quidem l mestius esse queat?

Respondet fides
At surgens veneranda fides heu scē inquit
Non satis est lesam dissimulasse semel.
Si tacui non est q̄ metus terreat ira
Nec leuibus nugis vis animosa labat.

Bellica arma nescit catholica fides
Non ego thoracas / non arma trilicia gesto.
Non vtor gesis / non caput eretego.
Non mihi dux mauors: geticos eat ille penates:
Nostra manus sola sub ratione meret.
Ne nos obiicias subter fugisse tacendo
Si quid iuris habes ocius ede palam.

Multa interrogat.
Fare age celitib⁹ cur bella ferocia misces?
Que tibi flagitii causa nephanda fuit.
Complicib⁹ non parce tuis sed nomina coram
Exprime: quis numer⁹ quo duce freta venis?
Que vite tibi conditio / quibus ante vacasti
Artibus; et quorum sacra prophana colis:

Si te nulla dei forsan reuerentia tangat:
Atq3 polo nullum numem inesse putes:
Hoc tamen in populo debes inducere nunq̄
Dissidium: tanto scismate terra gemit.
Terrenos si tanta duces iniuria ledat
Criminis autores vltio summa ferit.
An nescis quales legum decreta minantur
Censuras / si quis sediciosus erit?
His responsa feras / quibus in contraria sentis
Postmodo iudicium curia nostra dabit
Multa (ait) iportuna rogas / en pauca vicissim
Expediam: quando sic tua vota iubent.
Durius increpitas / verbisq3 minacibus vrges.
Non secus ac dirum mens foret ausa scelus.
De quibus addisco studiis quādo petis: audi.
Non comitum numerus / dux mihi nemo fui.
Et magicas artes / caldeorumq3 professa
Dogmata non ego sum: nil mihi tale placet.
Que constant ratione bona / que certa probantur
Insequor. hec animo sedula cura manet.

Nullu3 dissidium in republica suscitari debet

Respondet heresis

Et paucis vt agam (scio quid vis) sunt tua iussa
Friuola credulitas/atqꝫ superstitio.
Depudet et prorsus ludibria credere magnum
Numen: et archanis dicere plena sacris:
Inter multa mihi que non toleranda videntur
Fascinat hec nostrum res miseranda caput
Autumat esse deum paruo gens stulta sub orbe
Quando sacerdotis paucula verba sonant
Et bacchi latices conuerti in sanguinis vndas
Nec persuasa deest: stabilita fides.
Si stabilita fides dici queat improbus error
Qui tenet incautos illaqueatqꝫ pedes
Funera si cuiqꝫ supremaqꝫ venerit hora
Mentis vt antidotum poscitur alba ceres.
Fertur et accensis vrbis per compita tedis
Grande velut numen tecta subire velit
Obuia cui supplex i curuo poplite turba
Sternitur: summo mentis honore colit
Et superis credunt grati quid muneris esse
Atqꝫ pie magnū relligionis opus.

De sacrame[n]to altaris male sentit

Impia non modo sunt/sed anili digna cachino
Orsq; bistonii digna mouere senis.
Nescio dii (quibus est depellere noxia cure)
Cur tam grande diu sustinuere nephas.
Dixerat: erubuit tanta ad conuicia pistis
Inde verecunda talia voce refert
Nostra giganteos reuocas ad tempora mores
Celicolū turmis prelia quando paras.
Montibus obruit fera gens / atq; igne trisulco
Sed subtus stigios deiiciere lacus.
Omnia que cernis quadā contingere sorte
Atq; regi dicas. et nichil esse deum
Nonne hominū mentē credis diuinitus ortā
Quā maneat meritis digna corona suis
Nil das plus homini / nil plus ascribis honoris
Quā pecudi; non hoc dixeris aut pecus es?
Tam demens an sis vt aristoxenus / inepte
Qui viuentem aīam disputat esse nichil.
Vita hoīs non ē (iquit) nisi congrua membris
Insita compages: vis velut harmonie.

Rñdet fides

Gigātes imitatur heresis

Aristoxeni de hominis vita sētentia

In fidib⁹ male si quid hab3/ modulatio cōcors
Non erit: & turpis stridor in aure sonat
Omnia si soluas ratio turbata canendi
Tota perit: carni par quoq3 nexus inest.
Tantisper vita est / dum membra ligant amore
Si sit dissidium mors truculenta subit.
Has interpellans voces insana virago
Frōte truci tales edidit ore sonos

Respondet heresis

Esse deum fateor qui prima elementa creauit
Et quicquid rerum machina tota capit
Est deus eternus cui nullus prefuit autor
Cetera ad extreme limina mortis eunt
Omnia que scripsit per quinq3 volumina moses
Vera mihi suasi: confiteorq3 palam.

Penthateucū moysi dicit se credere.

Non idola colo. deus vnicus est mihi numen:
Marmora vel lapides quis putet esse deos?
Hinc egre tolero decepti crimina vulgi.
Quod supplex mute dat sua thura rei.

Sanctoru3 effigies dānat.

Exorat tumulos et olenti verme sepulchra
Feta colit / ceras porrigit atq3 preces

O stolidū vulgeus. si martia bella veretur

Aut steriles agros pestiferosq3 dies. — Psalmo .iij s3 pverā interp̄tatur.

Neglecto viuente deo ad simulachra recurrit

Que iessea tamen cantica vana docent

Et natū marie de sanguine credit iesum

Ut non concubitum nouerit ipsa viri:

Non christum inficior magnum vixisse ꝓphetā

Sanctaq3 natali iura tulisse solo.

At non esse deum verbis audentibus ausim:

Dicere femineū quē penetrale tulit.

Si solum recipit si nil cum gignitur infans — Inepte arg.

Mater agit: qui fit gignere sola queat

Huic ego tam stolide nunq̄ concessero legi

Cui vis ingenii non satis esse potest

Repperit hec aliquis deliramenta repete

Ante focum quando somnia voluit iners

Et nūc gande nephas hominū vecordia credit

Obloquiū forsan si quis in ista mouet.

Sed nichil hec/auget maior vesania bilem

Que prope terrarum serpit in omne latus

Contra sacramentum eubaristie. Ore sacerdotis ceralia liba feruntur

Conuerti in christi corpus: et esse deum.

Viua caro si forte subest: cur manditur: aut si

Substat homo: cur non profluit inde cruor.

Que tam ridendam viderunt secula gentem

Ut sua tam stulte numina vesca putet.

Et ne dissimulē quid in hac re sētio certū est

Non tam ficticie credere posse rei.

Hec et plura pias que ledent forsitan aures

Rūdet fides Si referam dixit sed meminisse pudet.

Que cum sacra fides stupefacta concipit aure

Proh scelus indignū te male perdis ait:

Mergeris hac sirti peruersos ante secuta

Demonas: hoc stigie te docuere scole.

Quis ferat has voces quas euomis ore ꝓphano

Constrenata tuo famine membra rigent:

Tam diros rictus que ligua re texuit vnꝗ

Inficitur verbis terra polusq3 tuis.

Tu modo iudea es mō tu machometia cunctā

Heresis lege caret ꝛ oīa cōfundit Confundis legem lex tibi sola places.

Marmoreas non est cur hoc liuore reprendas
Effigies/crimen causa pusilla notat
Nullus enim saxis defert q numen habere
Autumet: id legis cautio sancta uetat:
Cum vulgus simulachra colit cũ supplicat aris
Hoc habet indigetum celicolumqz decus.
Sep ius in sola vrneratur imagine princeps
Dantqz rei precium regia signa suum.
Si pictos colimus vultus laus ipsa remigrat
In superos ciues/porrigiturqz polis.
Te ne fugit que clara deus miracula fecit
Sepius in populo per sacra ligna crucis:
Nam repetunt oculos pulsa sua lumina nube
Et volat in celeres tibia clauda gradus.
Si qua valitudo languentes obsidet artus:
Cedit in aspecta noxia plaga cruce:
Cetera quid dicã: non q sit fissile robur
Tanta potest: sed in hac vult renitere deus.
Insuper vt celebrem christi veniamus ad ortum
Cui simul obstrepitans vba proterua iaci

Cur simul sacra coluntur & quomodo

vide lactantium & quarto di. insti. ca. septimuz

quarti regū capite d ci.

Helias ignem potuit deducere celo:
Sic primogenitū virgo beata suum:
Si compacta viri de costa est femina: cur non

Genesis pri.

Virginea verbum claudat in arce deus:
Dic cur haud puerum muliebri formet in aluo:
Si maiora potest: cur leuiora negas?
Non est q repetam christi de corpore sacro
In quod et effusa garrulitate latras.
Bruta tibi mens est. solū terrestribus heres

Heresis que mētis capitū superāt non credit

Que nequeas sensu cernere ficta vocas
Falleris in sacris: occidit littera. sanctus
Spiritus edificat recta q3 sensa docet
Que plene non alta capis misteria: credis
Excidere a vero. sic rude pectus habes
Insita nequitie stolide vel inepia mētis
Quod delires mens ue superba facit

prie ad titū secundo

Paulus alexādrū sathane dedit atq3 himeneū
Quā duce te fallax aggrederentur iter.
Arrius et nestor pelagius antropiani.

ātropianos nominat ia c.atus

Consortes q3 alii te male nosse dolent

Per te rex solimis qui stemmata gessit in oris Salomon.

Tertius: a vera relligione cadit.

Turpiter incautum dum fraus meretricia ludit

Protenus ad falsos deficit ille deos: Secundi re gū vndeci.

S.d mea (si forsan possis) vt dicta retundas

Mentis ad arbitrium detege si quid habes.

Multa inquit vestris innexa argutia scriptis. Respondet heresis

Fallit inexpertos fictaq; sacra docet:

Te veram/solamq; fidem/tutumq; salutis

Confugium certo gens male sana putat.

Insignes asie populos/ et dorica regna

Te licet haud norint an perisse rear.

Assyrios et qui phebi nascentis ad ortum

Tecta locant: sine te dextera vita regit.

Quid libie populos quid dicam egyptia regna

Rite colunt superos nec tua iura tenent:

Audit rara tue terrarum portio legi Christiani ī primis sūt septentriona les et occidē tales:

Pellicis arctoos occiduosq; rudes:

Consulit omnigenis nec ei sine luce relictos

Sustinet esse homines prouida cura dei.

Si sine te nullam liceat sperare salutem

Cur non ergo tuum nomen vbiq3 patet.

Efficient nostre paruo post tempore vires

Ut meliore gemas expoliata grege.

An tibi paruerint moses aliiq3 prophete

Quos tamen ethereee suscipit aula domus.

Rñdet fid.s Dixit ad hec infensa fides quid friuola iactas:

Non alio pugnam robore fulta cies.

His leuibus mecu quid agis: puerilia pone

Que nequeunt nostrum vincere tela caput.

Cum reducem turbam seui pharaonis ab ira

In patrias sedes vult reuocare deus:

psalmo xciiii Per deserta vagans lustris bis quattuor errat

Quod labat inuarium te monstrice nephas.

Non satis est celi nubes / non mãna refusum

Exodi vltimo eiusdem deci. sexto eiusdē 32 Nūeri deci. sexto. Sed sibi conflato format in ere deos.

Terra mali vindex sceleratos mersit ad orcum

Hec famulis demum premia sola dabis.

Sed rē nil differre iuuat / responsa feremus

Cognita sunt cunctis nomina nostra plagis;

Instituit christus cum celica regna reuisit (Marci vltimo)
Ut penetret mundum clamor apostolicus.
Qua late patet/ et tellꝰ et doridis equor
Discipulos verbi semina ferre iubet. (psalmo deci octauo)
Cum sonus exiuit terram diffusus in omnem
Orbis et in fines verba salutis eunt.
Ipsa tibi genitrix ē idolatria cuius (Idolis seruiit antiqtas)
Exequeris partes postubi pulsa lates.
Idolis antiqua diu male seruiit etas
Vota creaturis et sua thura dabant.
Delphica gens phebū/ getici coluere gradiuum (De vario cultu diuersarū gentium.)
Gallia mercurium romulideq3 iouem
Claruit et iuno samiis et pallas athenis
Et venus idaliis trinacriisq3 ceres.
Uerborum congesta tamen nil copia prodest
Fingebat proprios singula terra deos (Exodi xx)
Uera palestinis lux solam fulsit in oris
Cum tabulas moses iussaq3 dena tulit.
Ante tamen sancti per plurima secla patres (Pro peccato veniali semp fuit remediū)
Effugere notam labis originee

In lege nature hostia — Hostia peccati sordem lotura cadebat

Hoc abrahame pater hoc ysaace doces

In lege scripta circumcisio — Hinc maculam concisa viris preputia tollunt

Iuit et in longos hoc cataplasma dies.

Sed postq̃ statuit deus illucescere terris

Postmodo concidi membra tenella vetat.

In lege gratie baptism⁹ — Nãq₃ salutari labes abstersa lauachro

Tollitur: hac celi ianua lege patet.

Cum procul abscedit veterum sublata deorum

Vana superstitio/lexq₃ sacrata subit.

At tamen explose genitricis ad improba surgis

Munera: que turbam dissidiũq₃ mouent

In me precipue vires effundere gestis

Ut tu⁹ hac docuit nuper in vrbe dolus.

Heresis similis est hydre — Es non absimilis lernee moribus hydre

Cum caput excisum est bina renata geris

Omnia sed demum thirintius abscidit heros

Sic aliquando tibi sum positura iugum:

Est leue legis onus sancte compendia vite

Insinuat: prauũ damnat ꝛ odit opus.

Exhibuit christus que non nisi celitus orta
Vis prestare queat/et duce freta deo.
Non herbis quesita salus non peonis arte
Sed tantum verbo corpore langor abit:
Verba fluunt mutis:vox surdas afficit aures/
Et properat gressum qui prius ire nequit.
Imperat et ventis ꝛ sternit nereos vndas
Demittunt supplex prona elementa caput.
Demonas excludit/quibus ore potēte minatur
Et reducem vitam sub sua membra vocat.
Aut meo proposito iures in verba fideli
Aut profugos educ exul ab orbe gradus.
Te totiens vicit mea dextra/tuosqȝ sequaces
Turpiter edomui:quid modo rursus ades?
Si furiis actum iuuenem seruire coegit
Ars tua:grande putas promeruisse decus.
Si de te meritas feruerem sumere penas
Mandarē rapidis membra cremāda focis.
Sit vti non ere libet non vindice flamma
Nec mouet iniustus pectora nostra furor.

Fecit christus que nullus vnꝗ alius effecit

Ioānis.xiii

Luce.xi.

Marci p̄mo

Mathei.vii

Marci.iii.

Iohānis.xi

Benignius cum heresia gere vult fides. Mitis agam tecum / quid eit e iure deceret

Ni mea nequicie parceret ira tue.

Ibis feralem preceps sub ditis abissum

Et nunquam superas regrediere domos.

Hec ita sub christi (cuius pia numina ledis)

Nomine precipio: iussa capesse palam.

Respondet heresis. Respondet suffusa genas vrgente pudore

Me miseram: turpi cogor abire fuga:

Heu mea quam seuum lacerat precordia vulnus

Effero victa pedes / atque inhonora teror.

Heresis iactat se olim in magno precio fuisse Magna fuit quondam nostre reuerentia frontis

Eximii passim me coluere duces.

Persuasi cedes / multos ad tartara misi:

Diruta sunt monitis oppida clara meis.

Nulla dies (iani si primam demis) in anno est:

Quin hominum letho milia quinque dedi.

Quam sit parisii non est robustior vsquam

Visa fides / tanta nec stabilita basi:

Inter christicolas non prodiit acrior hostis

Quam fuerint franci sceptra superba soli.

Hesperias gentes magnus mihi sustulit olim
Carolus: et pugiles contudit ense meos
Quin et dissidium rome si quando citaui.
Nostra repente ruit gallus in arma furor.
Bisseni cum rege pares in strage frequenti
Concussum fidei sustinuere pedem.
Judeos etiam (quoniam mea castra sequuntur)
Sedibus excludit francia sola suis.
Ergo ne compellar nunquam reditura paludem
Visere tenariam: sic mihi mitis ages:
Ad iussas remeabo domos: vmbrasque silentes
At non perpetua nocte sepulta premar.
Dixit: et in nubem sese mox colligit atram.
Icta repercusso murmure terra fremit
Polluit effusus vicinas halitus auras:
Illa fuit stigie gloria tota fere.
Cum placida terne modulantur voce sorores:
Attollunt frontem, suspiciuntque polos
Consummata pias debet victoria laudes
Summe pater: victrix quas tibi turba canit.

Galli maxime hereses exterminarunt De hoc vide platinam

A francia eiecti sunt iudei.

Se aliquando redituram dicit. Inferos repetit.

Canticum fidei et sociarum ob partam victoriam

Dum male concutimur dextre exorabile numen
Semper adest propi⁹: fertq3 per arma pedē.
Secunde ad Corin. xii. Sed q2 in infirmis virtus prestantior exit
Nostra frequens tristi pectora clade premis.
Prouerbiorum iii. Et ad hebreos. xii. Quos et iusticia castigas: viscere pleno
Diligis: inuictos crebra flagella probant.
Sed nec destituit seruos tua cura fideles:
Fert et in afflictis dextera rebus opem.
Quo plus obteritur flugentius enitet aurum:
Et grauiora potens taurus aratra vehit:
Omnis victoria a deo ē Decertare viri est: sub te victoria pendet
Vir gerit arma: tuum vincere munus erit.
Vicimus: eternas habiture ob munera grates:
Quos angusta negat posse referre manus.
Hec vbi finierant/astantis ad ora corone
Versa fides loquitur talibus orsa modis.
Fides ad cōciliandum deum per penitentiā hortatur. TE (cui presētes licuit spectare triūphos)
Alloquor: hec animis v̄ba repone tuis.
Noxius in superos siquid cōmiserit error:
Venerit vt vindex in caput ira tuum.

Peniteat sceleris/oleū qꝫ mitigat iram:

Qui sua contrito crimina corde gemit

Si semel errasti: commissa piacula luge:

Exigit et lachrimas/et pia vota deus

Quem peccatoris miseret/soluitqꝫ reatum

Si venie satagit pulsat et astra prece

Nec te destituat bona spes: si grande patrasti

Atqꝫ immane nephas: penituisse sat est

Si dominū exores: nescit non parcere culpis

Sic fluit in venie munera prona manus

Sanguinis hircini virtus adamantina vincit

Robora. sic sancte numina summa preces.

Nō rē difficilē/nō magna numismata poscit

Sufficit errorem si fateare tuum.

Non grauior culpa est ꝙ criminis esse tenacem:

Et non clementem conciliare deum.

Impiger archigenē diro pro vulnere supplex

Consule: sic medica sanus abibis ope.

Excitet ignauas superum clementia vires

Nescit enim lapsum non releuare pedem.

Non desperandum est.

De misericordia ad penitentiam moueri debet.

Si modo consurgāt cumulate ad sidera voces
Et retegat crimen mens gemebūda suum.
Ezechelis decimoctauo
Promittit dominus / quacūqꝫ gemiscet i hora
Peccator: sceleris non meminisse sui:
Squallētes absterge notas quibꝰ itima mētis
Polluitur sedes / inficiturqꝫ situ.
I celer / ad viuū transfer vestigia fontem
Ut sacra tabentes elluat vnda manus
Unda tui summa cordis que profluat arce
Expiat et maculas et scelus oē lauat:
Penitentiā proferre nocet:
In longā prolata diem conuersio morum
Seplus incautis perniciosa fuit
Nec rubor incussus turpi pro labe moretur
Quin retegas anime vulnera cuncta tue.
Nō pudeat corā prodere q̄ celata deum videre offendunt.
Scire virum nec te pudeat que tecta tonātis
Quotidie pulsant / inficiunt qꝫ polos.
Cum tua mortales oculos peccata latere
Credis: in etherea sede retecta patent.
Ast vbi cuncta palam nullo velamine pandis
Auertit factā nescit et ipsa deus

Quã vellẽt anime quas implus obserat orcus
Ad superas rursum posse venire domos:
Ludificos estus perferre famẽ q₃ sitim q₃
Et longas hiemes exilii q₃ fugam.
Ast alias multo voluit deus indere leges
Spiritus egrediens non rediturus abit.
Grandilocus est quando mens incolit artus.
Post cineres votis omnis adempta via est.
Morte cades subita longos cum forsitã ãnos
Spes tibi promitit. res male tuta tua est
Qui veniam spondet morti non alligat ora
Et vigiles oculos semper habere iubet.
Herentes animo non altius imprime gazas
Ad iiciet nullã grande numisma diem
Nec male te ludat florentis ymago iuuente
Exiguo marcet vitis adusta gelu.
Rursus et equali cunctos examine librat
Arbitrium mortis: terminat vrna virum
Cesareos fasces nullo dignat honore
Obsitus erumna regibus equus erit

Nec opibus nec iuuente fidẽdum est

Excute torporē tandem expergiscere somno:

Pretentū laqueis effuge cautus iter.

Sublatū morti iecur est: quod creditur esse

Vel quia mors seuit vel q̄ amore caret.

Vite non est sperandum

Nulla fides vite. properat celer exitus cui

Vltima queq; sui temporis hora latet

Ergo age (qū licet) redimas tua crimina paruo

Ne male concludant fata sinistra dies

luce tertio decimo

Quid prodest homini / si totum rexerit orbem

Et miser eterne limina noctis eat.

Altus vbi stridor / gemitus / dureq; cathene

Atria penarum / flagiciiq; locus.

Confusum sine luce chaos / torrentia flammis

Sulfura / gens atrox / plena labore domus

I nunc. et tumidos iactes in sidera fastus

Sperne pias leges / imbibe corda malis.

Auferet vna dies et opes et gaudia mūdi

Et baratri ignitas forsan adibis aquas

Hec animis prefige tuis / hec sepe reuolue

Si sapias: tanti non tibi mundus erit

Autorem cognosce tuum / cognosce parentem
Ethereum: mundi nec remoretur amor
Aduena sis terre / vera est tibi patria celum — Ad philippenses tercio.
Que nec humi certe / et mens tua surgat humo
Suspice sidereos flammis rutilantibus orbes
Lux vbi perpetuo clara nitore micat.
Nescius est vmbre celi decor / omnia cuius — Apocalipsis capite xxi
Agmina tranquille federa pacis amant.
Nan labor aut vrgens penuria membra fatigat
Affluit omnigene copia grata rei.
Non oculus sane vidit: mortale necvnque
Cor subiit: merces que manet ampla bonos
Huc age suspires: huc et tua vota ferantur
Pendet enim mentis non aliunde salus

¶ Explicit.

¶ Valarandi de varanis ad grauissimum patrem Adrianum de henecourt decanum ambianensem ¶ Epigramma.

Parisios nõ est cur dãnet culpa penates
Si rudis infecta desipit arte puer

Parua nichil ledunt radiantem nubila phebum

Nec vici at claram rara pruina diem

Sordidulus piscis nō nereos inquinat vndas

Nec feret in taxo florida terra notam.

Uberior tellus steriles educit auenas

Sentes et tribulos atq; veneficia

Ex vniꝰ malicia non est ciītas crimināda:

Si dominum iudas accepto prodidit/ere:

Quis reliquos dicat criminis esse reos

Lucifer elato celestia numina fastu

Spreuit: ethereis corruit inde thronis

Quis tamen idcirco dignetur laude minori

Sidereas arces stelliferamq; domum:

Roma petri sedes/fidei capitale tribunal

Sorduit innumeris sepe referta malis

Quid decii noxas referā/seuūq; neronem

Sub quibus innocuo sanguine terra madet

Si iuuenile caput lapsum est autore megera

Nemo putet francum degener erare genus

Valeriꝰ maximus libro scdo capite pmo

Morte carere animas iandudum gallia sensit

Grecia quod risit/romuleiq; patres

Relligionis amans est belga: hoc nouit iberus:

Nouit et hoc gothicum marticolumqꝫ manꝰ

Hec par iet claram nubes tenuissima lucem

Dant speciem pulchre turpia mixta rei

Uale.

In italia et hispania errores sepe exerciti xerūt galli

¶ Ad Joannem Micael rectorē vniuersitatis parisieñ Pro anno millesimo quīgētisimo·v.i paschae

SAlue palladie rector venerande cohortis

Maxima parisie gloria gentis aue

Ad studii summos cur sis euectus honores

Quid fuit in causa carmina nostra dabunt

Est merces virtutis honos: et fama perennis

Has igitur virtus accumulauit opes

Te pia maiori donabunt numina dote

Si probitas fixo sit tibi iuncta pede

Accipe que tenues luserunt carmina muse

Carmina que fidei clara trophea docent

Si nichil exierit phebea lampade dignum

In tenebras vinctum compede carmen eat

Si numeros libres ad amussim: nulla verebor

Murmura que linguax ore susurro vomat

¶ Uale.


R G
ROBERT · GOVRMONT


4°
RÉS



